



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vnica Religione, Stvdio Catholicorvm Principvm, In
Repyblica Conservanda, Liber vnus**

Lens, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1579

VD16 L 1181

Prooemivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30005

P R O O E M I V M.



Viam in omni Vita genere, officij, rectiq; conseruatricem disciplina necessaria sit, cum ex varijs rerum humanarum experimentis elucet, tum ex ipsa Vitiosorum morum natura quadam peruersitate, intelligi posse videtur. Qua se sibi indulget maxime, & quicquid collibuerit avidissime consectatur: ita illam qua se frenari sentit atque cohiberi, & exosam semper habet, & omni saepe studio, conatuque persequitur. Verum qui hac oblectantur inimica disciplina licentia, haud pari omnes perniciem in republica Christiana grassantur. Existunt enim plurimi, quibus disciplinae etiam moderata seueritas ingrata quidem est & inuisa, quique ea ut e medio sublata sit, exoptant vehementer, sed nullam in eo sequuntur rationem, solo libidinis impulsu motique aguntur: qui in Rempublicam hoc afferunt mali, ut cum metum, honestatemque vis cupiditatis euerit, manifestis continuo sceleribus, legum tanquam obiecta repagula, obiceque perumpant. Sed alios reperire licet multo his nocentiores, quos eorumque sibi seruos addixit caeca cupiditas, ut disciplinae seu legum utilissimam seueritatem non odijs modo grauisissimis prosequantur, verum etiam iudicij improbant; nec solis infringant praeuictis, sed & rationibus, omni que argumentorum genere velut machinis ad motis, labefactare nitantur: ac ne quid scelerata audacia violentiaque desit, diuinarum etiam testimonia literarum sacrilegis & surpant vocibus ad instituti confirmationem. Quod quidem tanto faciunt impudentius, quanto manifestius litteris eiusdem coercens illa & castigatrix disciplina laudatur. Sed more tamen suo faciunt. Etenim haeticorum fere omnium id commune esse reperimus, ut cum unam in

P R O O E M I V M.

partem precipites ferris cœperint, non alia respiciant
 diuina authoritatis testimonia, quibus ab illa possent
 intentione reuocari, & in ea qua & tringue tempera-
 ta est Veritate moderationeque consistere. Sic olim
 Sabellius, quibus in locis vnus diceretur esse Deus, pul-
 chre & idit; vbi Verò personarum trinitas commenda-
 retur, propositaque rei cura prapeditus, erroreque, fa-
 scinatius non aspexit. Sic & perfidus Arrius ea prom-
 ptissime complexus est testimonia scripturarum, qua
 ad significandam filij Dei imbecillitatem pertinebāt:
 ab ijs Verò penitus inspiciendis auertit animum, qui-
 bus ob vnā eandemque diuinitatis naturā patri signi-
 ficabatur equalis. Sic (ne Vetera tantummodo comme-
 morem) sectarij nostra huius ætatis, vbi fides iustifica-
 re dicatur, vigilanter attendunt; vbi Verò & chari-
 tas, & opera ex fide profecta plus etiam multo quàm
 fides Valere declarantur ad iustitiam, somnolentis ac
 cæcis potius animis pratererunt. Vbi Christi sacratissi-
 mum corpus diuina in calum Virtute subuectum re-
 feratur, legunt studiosè, & fide accipiunt: vbi Verò
 hoc idem corpus in augustissimo Eucharistia sacrame-
 to esse conuincitur; si legunt, non attendunt; si atten-
 dunt, non credunt. Quid igitur nunc est quod mire-
 mur nonnullos, qui cum bonorum malorumque per-
 mixtionem in Ecclesia demonstratam vel prædictam
 esse perspexerint, cum præcepta quibus ad patien-
 tiam falsorum fratrum pestiumque cæterarum in-
 formamur, didicerint, alijs neglectis locis, quibus ab
 errore possent reuocari, sic instituendam esse putent
 Ecclesiam, & serpere grassarique hereses sub nomi-
 ne religionum permittantur: non lupi ab ouilibus ar-
 ceantur: non ij qui non corpora solum, sed animas
 quoque perdunt, attingantur? Aduersus quos libel-
 lum quidem nuper vnum confecimus ab aduersario
 lacesiti, atque ad defendendam coacti, cum oppu-
 gnaretur, Catholica fides Veritatem: sed quia in re-
 fellendis obiectis nostra tum præcipue consumeba-
 tur

sur
lo co
Chr
opor
g

P R O O E M I V M.

jur oratio, multa pratercunda fuerunt, qua hoc libel-
lo complexi sumus. In quo propositum est ostendere,
Christiani principis hanc esse curam primariam
oportere, Et in Republica sibi subiecta, unicam reli-
gionem, & eam veram (qua sola est Catholica
Romana) locum habere patitur; cate-
ris omnibus, qua se religiones falso
nominant, prudenti iudicio,
quoad fieri possit, ex-
terminatis.

